



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

XXXIX. Das Capital beurkundet eine ihm von dem Domherrn Mag.  
Reinward gemachte Schenkung, im Jahre 1235.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

Henricus de Kercow concanonicus suus et alii concanonici stendalenses et layci quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. XXXII°.

**XXXIX.** Das Capitel beurfundet eine ihm von dem Domherrn Mag. Reinward gemachte Schenkung, im Jahre 1235.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. M. dei gratia decanus totumque capitulum in Stendal omnibus, qui hoc scriptum inspexerint deum in omnibus et super omnia diligere et ipsi totis uiribus semper adherere. Notum esse uolumus uniuersis, tam presentibus quam futuris, quod magister Reinwardus, sacerdos et frater et concanonicus noster, ortum et dimidium iacentes extra portam arneborch, soluentes annuatim XXXVI. solidos, partim in restaurationem cuiusdam aree claustralis, partim pro sua suorumque salute, ecclesie nostre ad prebendas dominorum nostrorum coram communi placito ciuitatis super serinium et reliquias beati nicolai liberali collatione donauit sub eo tenore et forma, ut ipse toto tempore uite sue uel alia persona, de qua sibi complacuerit, easdem possessiones plenarie in sua habeat potestate et fructus earundem integraliter percipiat, post mortem uero ipsius tantum sola habeat persona, cui ipse in morte sua uel etiam ante, si sibi expediens uisum fuerit, easdem cum fructibus suis uoluerit assignare. Nos igitur, predicti fratris nostri beneficii ingrati esse nolentes, pie petitionis sue uoluntati in hoc unanimiter ac concorditer consensimus, ut III°. anniuersarios uidelicet ipsius et aliorum trium amicorum suorum scilicet patris sui et matris sue et cuiusdam persone religiose, hese nomine, secundum consuetudinem ecclesie nostre in uigilia et in missa pro defunctis perpetuo peragamus: annuimus et in hoc petitioni sue, ut in die dominica prima ante ebdomadam communem in sero uigiliam et in mane missam pro defunctis in memoriam omnium fidelium defunctorum sollempniter celebremus. In hujus rei testimonium et fidele monumentum hanc litteram inde conscriptam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XXXV. temporibus canonicorum, quorum nomina sunt hec Michahel decanus, Arnoldus scolasticus, Godefridus custos, henricus episcopus, Guntrammus, Conradus de bvch, Bernwardus, Conradus de sandowe, henricus, Rodengerus, Baldewinus.

**XXX.** Die Markgrafen Johann und Otto vereignen dem Domstifte Gebungen aus dem Ruthenzinse in Stendal, am 21. Juli 1236.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes et otto, dei gratia marchiones brandenburgenses — zelo pie devotionis accensi, ob amorem retributionis superne, ecclesie beati nicolai in Stendal VI. talenta de areis ipsius oppidi liberaliter et de mera contulimus uoluntate. Vt autem hec nostra donatio tam a nobis, quam ab heredibus nostris firma et stabilis obseruetur, presentem paginam conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Testes Johannes gans, Albertus de njendorp, Albertus de zpandou, Heindenricus Hafardus, Henricus de bellinge, Herwicus de welle, Arnoldus wagerus, Fredericus, Georgius marschalcus, Hejnricus de snakenburg, Hermannus de tornowe, Georgius de dalhem,